

233

231

237

tigerunt. Ad hanc enim fatuitatem devenerunt gentes, ut quilibet  
crederet, in monte, quem Veneri consecraverat, eam esse in deli-  
ciis, ac si in pluribus locis esse posset, unde super montes gran-  
dia templa aedificabant Veneri, et orantes non sursum ad sidera  
oculos aut manus levabant, nec sidereas sedes habere cupiebant,  
sed deorsum in penetralibus montis, in antris et opacis ac obs-  
curis locis cum Venere esse optabant. Recitat Sanctus Augusti-  
nus de civitate Dei L. XXI. C. 6. et Vincentius in Spee natur.  
L. IX. C. 17. de quodam templo Veneris, quod ego credo hic  
fuisse, in quo erat altum candelabrum, super quod stabat lucerna  
semper ardens sub divo, ita quod illam nulla tempestas, nullus  
imber extingue potuit. Ad hoc videndum miraculum plurimi  
confluebant ad locum putantes, divinitate Veneris ignem conser-  
vari, sed natura et ars id fecerant. Est enim quidam lapis, Al-  
bestan dictus ab igne, ferrei coloris, qui semel accensus num-  
quam extinguit qui reperitur in aquis Arcadiae. Sic Romae  
fuit reperta lucerna ardens ad caput Pallantis gigantis, ut patet  
fol. 83.

Ad claudendum sermonem de Venere dicunt de ea scriben-  
tes, quod dum fuisset viris tribus superstes, tanto ferbuit pruritu,  
ut fere in publicum declinaret lupanar, et ad suum palliandum  
scelus mulieribus suasit meretricandum et fornices instituit, ma-  
tronasque inire compulit, quod satis Cypiorum exsecranda con-  
suetudo in multa protracta saecula protestata est servare, qui diu  
mittere suas virgines ad littora, ut forensium uterentur concubitu,  
et sic futurae castitatis suae libamina persolvisse videntur Veneri  
et suas in nuptias quaevisse dotes; quae quidem abominanda  
stultitia postea penetravit ad Italos, cum legantur quidem fe-  
cisse Locrenses, id est Galabres. De Cypro vulgata fama  
est, eam forte totam a Venere infectam, seu coelo agente,  
seu alio incolarum vitio adeo in venerem prona, ut hospitium,  
officina fomentumque lasciviarum et voluptatum omnium habeatur  
et quod homo in terra obdormiens non surgat, nisi foeda pollu-  
tione resolutus. Quapropter veteres insulam illam totaliter Veneri  
consecravere eamque insulam nominaverunt Veneris. Ego qua-  
dam alia vice locum Paphum, civitatem Veneris et ejus viridarium,  
in quo nunc ecclesia Sancti Pauli stat, et montem, in quem post

Ende

Anfang